

Peter Lauremberg

Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Petrus Lauremberg, Phil. & Med. D. & Prof. Ad solemnitatem exequialem, Quam Dn. M. Cunrado Huswedelio, Pastori antehac ad Sanctum Georgium, Marito ac parenti suo, vidua liberiq[ue] moerentissimi paratam hodie volunt. Academiae huius Cives, & omnes ... invitat

Rostochii: Pedanus, 1635

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771563302>

Druck Freier  Zugang



Lauremberg, P.,
in C. Huswedel.

Rost. 1635.

29.

PROGRAMMA

QVO

RECTOR

Academiae Rostochiensis

PETRUS LAUREMBERG,

Phil. & Med. D. & Prof.

Ad solemnitatem exequialem,

Quam

DN. M. CUNRADO

HUSWEDELIO, Pastori an-

rehac ad Sanctum Geor-
gium,

*Marito ac parenti suo, vidua liberiq; mae-
rentissimi paratam hodie volunt.*

Academiae hujus Cives, & o-

mnes litterati ordinis

fautores,

officiose & amanti in
vitat,



ROSTOCHII,

Litteris Viduae Joachimi Pedani, Acad. Typog.

ANNO M. DC. XXXV.

PROGRAMMA

RECTOR

Academia Rostochensis

1715-1716

1715-1716

Abdormitionis expeditionis

DNI QUIRADO

HIS VIRTUTIBUS

in die 10 Junii 1716

1716

Examinis publici

1716

1716

1716

1716

1716

1716



1716

1716

1716



RECTOR
Academiae Rostochiensis
PETRUS LAUREMBERG
Phil. & Med. D. & Prof.

NATA COMPARATUM EST IN
vitâ hominum, atq; ita Divis placitum, voluptati
ut mœror comes consequatur. Quin incommodi
plus maliq; illicò esse, boni si quid obrigit. Hanc
Accii vocē oppidò veram esse, quotidie
experimur, partim domi quisq; suæ; par-
tim in publicâ & civili conversatione. Vix unicū triduum
effluxit, cum Academia hæc solennem festivitatem per-
agens, in delectatione & gaudio versabatur; cum templa
& palatia gratulabundâ voce personabant; cum univer-
sus litterati ordinis chorus, & confluentes ad spectandū
populi, jocunditate palàm fruerentur: Ast nunc, cheu!
inopinâ & asperâ vicissitudine, eadem hæc Academia,
luget ademptum præcipiti morte Civem suum: Eccle-
sia plorat abreptum sibi fidum Pastorem: Suggesta do-
lent amissum ingens decus & ornamentum. Nimirum
inter viventes esse desiit, & cœtui beatorum associatus
est nudiusquartus, Vir Reverendus & Præstantissimus
Dn. M. CONRADUS HUSVVEDELIUS, qui
ob egregias tum animi, tum corporis dotes; ob præcla-
ram de Ecclesiâ benè merendi operam, dignus fuisset
longissimâ vitâ; Hujus memoriam ut honestâ parenta-
tione prosequamur, & qualis ipse fuerit, plenius prædi-

cemus, honestas jubet, pietas flagitat, & multa Viri vir-
tus meritaque requirunt. Fuit igitur M. CUNRADO
HUSVVEDELIO patria Boizeburgum, urbs in
hac nostrâ Megapoli non incelebris, quæ nascentem il-
lum excepit Anno 1594. die 3. Martii; Patre quidem
δμουρμω, CUNRADO, ejus Ecclesiæ Pastore per an-
nos totos XXXIIX: Avo paterno similiter ejusdem &
nominis & officii, in eadem Ecclesiâ; Unde & pietas,
fidesq; Pastorum erga gregem; & hujus erga illos, atq;
inde nata Charitas mutua, evidenter apparet; præfer-
tim cum & JOHANNES, Defuncti nostri frater junior,
eidem Ecclesiæ, paternâ & avitâ successione præfuerit
Pastor, licet unico tantum biennio, quasi ostensus, &
subitò iterum ereptus, magno cum Ecclesiæ luctu, &
desiderio suorum. Matrem verò M. CUNRADUS
habuit ANNAM *Meincken* / prognatam ex honestis-
simâ Meinickiorum Lunæburgensium Familiâ, quæ
nunc & vidua, & hoc quoque filio orbata, annum æta-
tis LXXII. agens, luctuosum hoc officium ei præstare
cogitur, quod Anno 1628. marito, juxtaque filio ju-
niori, uno eodemque die exhibuit. Avus maternus ei-
dem nostro fuit PÉTRUS *Meincke* / mercator in præ-
laudatâ urbe industrius, & civis primarius; cui nupta
CATHARINA *Wobben* / filiam hanc (matrem Dn.
M. Conradi) edidit, ejusque pietatem, amorem filia-
lem, & gratitudinem prolixissimè experta est, usque ad
annum ætatis LXXIIX, quo apud eandem suam filiam,
matrem *vs uargelr*, mortua est, postquam & libe-
ros, & nepotes, & pronepotes, nec numero, nec gaudio
exiguo vidisset. Præclaris his parentibus originem,
suam debens M. CONRADUS HUSVVEDE-
LIUS,

L I U S, neutiquam ab eorum indole descivit; sed ut
plantagenium soli, è quo pullulat, sic ille parentū, pro-
genitorūq; dotes, nascendi quādam sorte, retinere & re-
ferre depræhensus est. Enimverò regeneratus sacri ba-
ptismatis lavacro, unā cum lacte materno, pietatem, ho-
nestatem, aliasq; virtutes imbibit; cum ætate crescente,
excoluit, auxitq; : quod ut faceret, in eam sollicitudi-
nem & operam sedulò incubuerunt Parentes : qui non
solum à teneris ipsum ad eas, quas memoravi, virtutes,
ad decus & elegantiam morum porrò jugiter affuefecerunt :
sed & in bonis litteris erudiri, ac studiis linguarum
artiumq; animum ejus excoli curarunt, juvante & pro-
movente hunc conatum partim ingenii, quā **CONRA-**
DUS pollebat, promptitudine; partim institutionis cō-
moditate; partim ipsius adolescentis industriā. Hinc
tantum effectum, ut, simulac ætatis annum **XIV** attigisset,
idoneus inventus fuerit, qui ad Scholam Lunenburgensem
S. Michaëlis ablegaretur. Retinuit illa hunc suum
alumnum, diligentia, & (qui hujus comes est) præclari
profectus, palmam pluribus aliis præipientem, per an-
nos quinque, & aliquanto amplius : Eo temporis decursu
in triviali istoc pulvere, ita se gessit **Conradus**, tantūq;
sibi prospexit eruditionis com meatum, ut ad **Academias**
commodè & cum emolumento invisere posset.
Missus ergò est à sollicitis parentibus in hoc nostrate
Lycæum. annum agens **XX**. unā cum fratre juniore **Jo-**
hanne; Cumq; partim domi haberent exemplum patris
& avi, partim hinc in publico, præter Professores alios, in
oculis iis esset agnatus ipsorum, **Vir Clarissimus Dn. M.**
JOHANNES HUSVVEDELIUS, **Philos. Pract. Professor**,
Collega & amicus noster honorandus, summā o-
pe

pe nifus est uterq;, tam **CONRADUS**, quàm **JOHAN-**
NES, ut & istorum vestigia premerent, & hujus sui A-
gnati præceptis, ductui, ac consiliis faciles accommoda-
rent aures, & dociles præberent animos. Proinde cesse-
runt studia illis tam feliciter, ut Defunctus noster, sub
laudati mox sui Agnati, **Dn. M. JOH. HUSVVEDE-**
LII præsidio, publicam exhiberet Disputationem, pari-
terq; ab eodẽ titulo ac honore Doctoratus Philosophici,
egregiã cum laude insigniretur. Neq; diu celata mansit
virtus, quæ, Flacco teste, parũ sepultæ distat inertie: sed
protenus visa est prodire in apricum. Præter accuratam
eruditionẽ, Deus eum ornârat excellentib⁹ concionan-
di donis. Quapropter pleno omnium assensu applausuq;
vocatus electusque est Pastor Ecclesiæ Sangeorgianæ.
Non multò etiam post Superintendens id temporis, &
Pastor Ecclesiæ, quæ est ad Divum Jacobum, Vir Reve-
rendus, & benè de Scholis Ecclesiâque meritis, **Dn. M.**
JOACHIMUS VVESTFALIUS, Generum illum si-
bi optavit & consequutus est, elocatã ei in uxorem filiã
suã **CATHARINA**. Sed optimus **CONRADUS** jam
tum protenus primo conjugii ingressu experiri coactus
Planti illud, quod recitavimus in limine hujus scripti.
Non nisi per quinq; anni quadrantes voluptate, felicitateq;
illã, quam ex præsentia & amore mutuo dictæ Uxo-
ris cœperat, fruisçi illi licuit. Quin mox mœrore atq; in-
commodo irruente, eadem uxor per labores partitudi-
nis, à pectore & latere illi fuit avulsa. Post obitum
primæ conjugis, cum ultra biennium viduus vixisset, so-
ciavit sibi secundo matrimonio Virginem **ANNAM**,
ARNOLDI BERENDES, Civis hujatis primarii filiã,
c qua divinã benedictione filiolam unicam **CATHA-**
RI-

RINAM, adhuc superstitē suscepit, non exiguo utriusq;
parentis gaudio. Sed hoc quoq; gaudium dolor luctus-
que excepit, & ceu comes sequutus est passibus æquis.
Nam & hæc secunda ANNA, tertio conjugii anno è vi-
tâ migravit, relicta eâ, quam dixi, filiola unicâ. Cæte-
rum quoniam è re suâ neutiquam esse deprehenderet
beatus M. Conradus, ut reliquos vitæ annos solitario
ductu sine compare transigeret, pergere coactus est ad
vota tertia, tertiamq; fortunam post annos viduos ex-
periri. Domum itaq; duxit Anno 1628, virginem lectis-
simam DOROTHEAM, prognatam Patre Viro Cla-
riss. & Experientiss. Dn. MATTHÆO BACMEISTE-
RO Phil. & Med. D. & dum viveret, Poliatro Lunæbur-
geni, nec non Archiatro Saxonie inferioris: Matre SO-
PHIA KELLERMANS, foemina, ob pietatem, hone-
statem, prudentiam, modestiam, omniumque virtutum
matronalium decorem, laudatissimâ. Cum hac suâ tertiâ
compare DOROTHEA, M. Conradus p. m. vitam egit
suavissimam, amoris & concordie plenam, neq; sine fru-
ctu sobolis. Pater enim factus est duarum filiarum & unius
filii. Sed quum hi non diu vitales, vix nati iterum dece-
derent, impostero per Dei gratiam & clementiam na-
tus est illi filiulus alter, etiamnum superstes, avi materni
nomen gerens, MATTHÆUS, qui, ut in multam æta-
tem excrecere, & patris, avorum, proavorum vestigiis
insistere, eorumq; virtutes & merita æmulari aut æquare
possit, ex animo vovemus. Quæ autem ferè esse solet
fors hominum litteratorum, qui tum officio suo fide-
liter funguntur, tum assiduo studio, vitâq; sobriâ sese ma-
cerant, eadē optimus item M. Conradus usus fuit; præ-
sertim cum accederet belli calamitas, quâ templum, in
quo

quo tot ille conciones habuerat, tot animas Christo Ser-
vatori adduxerat, flammis vidit absumi, domum & suam,
& proximas everti, gregem, cui ipse fidelis pastor & pa-
ter præerat, dissipari. Sed eum dolorem, quem sæpe te-
nerrimis lacrymis testari visus est, penitentiùs quidem ad-
mittebat in pectus, majorē tamen sentiebat animo, cuiq;
planè exhauriendo non esset, quod spem omnem restau-
rationis, quā hīc aliquandiu gaudebat, animadverteret
omninò decollasse. Hinc valetudinis adverse initia, hinc
(ut & ex aliis causis) incrementa: quæ ante dies quasi
quatuordecime eum cōjecerunt in lectum. Cumq; mor-
bi violentia prævaleret contra Naturæ potestatem, con-
tra Medicamentorum vires, ipseq; M. Conradus anim-
adverteret, vivendi in his terris finem sibi in procinctu
esse, Animæ suæ in primis salutare viaticum prospexit è
sacrâ Synaxi: corpus verò ad placidam & longam illam
quietem composuit, quam & consequutus est die 29. A-
prilis, postquā commoratus esset in hac vitâ annos XLI,
& necdum duos menses. Huic viro, quem valentem irata
Fata diutius nobis inviderunt, & cujus interitum boni
omnes meritò lugent, nunc superest ut præstemus ulti-
mum, quod hominibus exhiberi potest, benevolentia
officium. Proinde quia deductioni Funeris destinata est
hodierni diei hora media I pom. officiosè oro, & amicè
hortor omnes litterati ordinis Antistites, fautores, asse-
clas & cives, ne graventur, neu intermittāt comitatu suo
funus deducere ad locum sepulturæ, & frequentes dicto
temporis articulo, in templo Jacobeo convenire, dumq;
exequias eunt, suam secum mortalitatem meditari. P. P.
sub Sigillo Rectoratus nostri 3. Maji Anno 1635.

RINAM, adhuc superstite suscepit, non exiguo
parentis gaudio. Sed hoc quoq; gaudium dolor
que exceptit, & ceu comes sequutus est passibus.
Nam & hæc secunda ANNA, tertio conjugii an
tâ migravit, relicta eâ, quam dixi, filiola unicâ.
rum quoniam è re suâ nequiquam esse deprehen
beatus M. Cunradus, ut reliquos vitæ annos in
ductu sine compare transigeret, pergere coactus
vota tertia, tertiamq; fortunam post annos vic
periri. Domum itaq; duxit Anno 1628, virgine
simam DOROTHEAM, prognatam Patre V
riff. & Experientiff. Dn. MATTHÆO BACM
RO Phil. & Med. D. & dum viveret, Poliatro L
genfi, nec non Archiatro Saxonie inferioris: M
PHIA KELLERMANS, foemina, ob pietatem
statem, prudentiam, modestiam, omniumque v
matronalium decorem, laudatissimâ. Cum hæc
compare DOROTHEA, M. Conradus p m. v
suavissimam, amoris & concordie plenam, neq;
ctu sobolis. Pater enim factus est duarum filiaru
filii. Sed quum hi non diu vitales, vix nati iteru
derent, impostero per Dei gratiam & clemen
tus est illi filiolus alter, etiamnum superstes, av
nomen gerens, MATTHÆUS, qui, ut in mul
tem exerescere, & patris, avorum, proavorum
insistere, eorumq; virtutes & merita æmulari au
possit, ex animo vovemus. Quæ autem ferè
sors hominum litteratorum, qui tum officio f
ter funguntur, tum assiduo studio, vitâq; sobri
cerant, eadē optimus item M. Conradus usus
fertim cum accederet belli calamitas, quâ tem

